

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

Manuzio, Paolo

Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.

VD18 11417161

Ad Ioannem Morvillerium, Regis Gallorum Apud Venetam Remp. Orat. In IV.
Demosthenis Phlippicas Latinitate Donatas. XIII. Argumentum.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-198567

sim, duo sunt optanda : valetudo, & otium : quod utrumque , assiduis annorum superiorum studiis infirmatus , & rei familiaris curâ impeditus , nunc quidem magna ex parte desidero. Accipe interim hoc, quod adest, argumentum observantiæ in te meæ ; & illud, quod aliquando , ut speramus, futurum est, suo tempore expecta.

AD JOANNEM MORVILLERI-
UM, REGIS GALLORUM APUD VE-
NETAM REMP. ORAT. IN IV. DEMO-
STHENIS PHILIPPICAS LATINI-
TATE DONATAS.

XIII.

ARGUMENTUM.

*Queritur de difficultate vertendi de Græco : & qui Latina ex Græcis faciunt, in duo aut vitia contraria incur-
vere. Nam vel Græca verba totidem reddunt Latinis, quod ineptum : vel ornamenta quærentes à sententiâ longius aberrant : Paucissimos medium tenere, qui tamen se per-
fecti interpretis munus implevisse putant. Quo loco au-
tem ipse habendus sit, permittit judicio Morvillerii, Regis Gallorum ad Remp. Venetam legati, à quo cum sua scripta probari velit, magni referre ait ad ingenii sui commendationem, quid ipse de vigiliis suis sentiat.*

Quam difficili in loco versetur eorum industria, qui de Græco vertunt, neque tu, ut arbitror, ignoras, Joannes Morvilleri, vir clarissime, cui vel exercitatio literarum, vel ipsa natura, vel potius utraque simul hoc dedit, ut in judicando excelleres ;

&c.

& e
gen
iden
mag
run
mar
evit
est,
incu
ver
inte
illa
can
rior
Lat
des
nen
ipsi
que
inte
Sun
tian
sim
giur
alpi
ci te
nun
qui
ego
terp
cau

& ego experiens ita sensi, ut, qui aliis antea in hoc genere peccantibus acerbior fuisset, ac durior, idem postea re tentatâ, eò libentius ignoverim, quò magis eandem ipse culpam extimescerem. Occurrunt iis, qui de Græcis Latina faciunt, duo inter se maximè contraria vitia: quorum utrumque cum evitandum æquè sit, ita periculosa tamen cautio est, ut ferè, declinare ab altero dum vis, in alterum incurras. Nam & in quo eò laborant, ut Græca verba totidem penè Latinis reddant, quòd fideles interpretes haberi volunt, ineptè faciunt, atque in illa ipsa nimis attenuata diligentia graviter peccant: quoniam quidem res ipsa primum fit obscurior; quod cum interpretis officio pugnat: deinde Latinæ orationis dignitate cultuque destituta fordescit. Et qui horum in verbis referendis religionem improbant, putidamque appellant, libertatem ipsi quandam & licentiam magis amant, his plerumque contingit, ut, dum ad ornamenta toto animo intendunt, ab ipsa sententia longius aberrent. Summum artificium, summamque possidet prudentiam, si quis, inter has difficultates constitutus, quasi medius inter duas Syrtes ita navigat, ut naufragium non faciat. Quod ætate nostrâ cum ex transalpinis hominibus multi, ex nostris etiam non paucitentaverint; tamen, cum omnes excussi, vix unum aut alterum ex universa multitudine reperio, qui perfecti munus interpretis expleverit. Atque ego videbam fore, ut in illam ipsam peccantium interpretum turbam conjicerer: & communem esse causam confiteor; sed mea tamen hęc probabilior

est, quod alii ad id, quod in hoc genere perfectum est, pervenisse sunt arbitrati; ego, quam à perfecto longè distem, ipsemet intelligo: ut mihi saltem incorrupta fuerit idea; aliis non solum perficiendi ratio defuerit, verum etiam iudicandi. Sed, quia fieri potest, ut quemadmodum alii falluntur in eo, quia sua scripta nimis indulgenter probant; ego contra fortasse fallar in eo, quia mea severe nimis improbem: exspecto, quid tu sentias, Morvilleri sapientissime; ut, siue inter me & alios interpretes aliquid interesse duxeris; siue me quoque in eodem, quod ajunt, hærere luto iudicaveris; ego, quidquid statueris, ad tuam sententiam meum de me ipso iudicium in utramque partem accommodem. Equidem probari à te, atque etiam laudari mea scripta velim: &, qui minimè soleo esse ambitiosus, tamen in igniculis quibusdam cupiditatis incendor, ut meum nomen in ore tuo versetur. Non enim, à quovis homine laudari, optabile est; turpe etiam, à quibusdam. Me quidem non tam ipsa laus, quam laudantis auctoritas afficit. Quare, cum tu is sis, de quo duo Reges, at quales Reges? omnium, qui in Gallia regnaverint, maximi, pater, & filius, optimè senserint, quorum alter legationem tibi ad Venetam Rempubl. detulit, alter eundem honorem postea confirmavit; cumque in ipsa legatione publicam personam omni re, loco & tempore ita sustineas, ac tuearis, ut summam in te gravitatem omnes laudent, nec tamen humanitatem quisquam desideret; magni refert ad ingenii mei commendationem, quid tu, vir primarius, & omni laude cir-

de
Pot
mo
præ
scis
pos
qui
cum
sed
ran
quæ
AI

bit
xer
Imp
reli
tera
clan
Nu
ris
des
nes
qua
qua
vor